

(p. 360) necessitatem sibi impositam credat, nisi animi sanctimoniam prolixitate pallii metiatur: quod sensui comūni ex sola contradicendi libidine renitatur (p. 378.) quod quo plura per inconsultum animi impetum conscribillet, eò magis morbos animi sui pandat (p. 360.) quod nasi parum ipsi sit: (Præfat.) quod inficetam & missellam aduersus Julium Rondinum (h. e. Pufendorfi-um) defensionem adornauerit (Præfat. fol. 2.) cuius vanitatem, addit. (fol. 3.) quilibet deprehendere ultrò possit: quod nānias proponat (fol. 2.) quibus ipse sibi magno-
pere placeat; quasque nemo cordatus responso suo dignaturus sit: quod cramben bis coctam apponat, ranci-
dis quibusdam distinctiunculis & pedantico planè pipere conditam, quæ primo statim intuitu lectorem nausēā op-
pleat: (fol. 2.) quod toto sacco rancidulas distinctiones Scholasticas effundat, p. 362. quod ridiculè ratiocinetur p. 358. quod absurdam & ridiculam analogiam confinxerit, per quam carnifex Lipsiensis jam non quidem formaliter, normaliter tamen ad statum Paradisiacum meretrices vir-
gis cædere iubetur (Præf. fol. 4) quod insolenter & pueri-
liter agat: p. 362. quod inter spatium in ecstasi incidit: ita multas Phantasias homini occurrere p. 376. quod cerebrum in futes regulas facundum, per vanita-
tem venditet p. 376. quod, Compendium ejus, si qua orbis Christianus non capiat, iter ipsi ad Chineses susci-
piendum sit, ut maximus populi applausus adventantem excipiat, si picturam compendio suo præfixam Dioxippi Atheniensis pugilis, & Horratae Macedonis pugnam ex Curtii lib. IX. exprimentem, sibi præferri curauerit; ex qua inusitatum sibi spectaculi genus pollicebitur. p. 359. quod latrator sit. p. 373. quod protervè se laceffat, idq;
iracun-